

in Purgatorium non mittuntur: *Credentes* verò 1. jam sunt justificati. E. *justi*. *Eph. 2. v. 26.* 2. Sunt sine accusatione & damnatione. *Rom. 8. v. 33.* 3. Habent pacem cum Deo, *Rom. 5. v. 1.*

*Quicumq; verò est justificatus, est sine accusatione & damnatione, habet pacem cum Deo, fruitur Regno Cælorum, &c.*  
*Is nullo jure ad Purgatorium mitti potest.*

Hinc Argumentum:

*Ad Purgatorium mittuntur aut credentes aut increduli, aut tertius quidam ordo hominum:*

*Sed neq; Credentes, neq; increduli, ut probatum, neq; tertius hominum ordo, quem dari impossibile est, siquidem credens & non credens contradictoriè opponuntur. E. non possunt medium admittere.*

7. *Statui hominum mortuorum. Duo sunt termini, ad quos deveniunt animæ à corporibus discedentes: Cælum & infernus. Quæ ad Infernum, non feruntur ad Purgatorium.*

K 5

8. Et